



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione  
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &  
benedictae Matris eius meditatione**

**Arias, Francisco**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. VII. In oratione potius voluntas exercenda quam intellectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](#)

CAPVT VII.

*In oratione potius voluntas, quam in-  
tellectus exercendus, magisq; ani-  
ma virtutum affectum, quam spe-  
culationem cogitationemq; elicere  
debet.*

**E**T si ijs qui peritiores, suffe-  
cerit forsan, paucis hoc docu-  
mentum perstringere, verum  
quod omnibus prodeesse velim, vi-  
sum est particularius ac distinctius  
ipsum exponere. Habere diximus  
hominem in superiori animæ parte  
duas potentias, intellectum & vo-  
luntatem. Intellectus partes sunt, Actus in-  
telligere, cognoscere, consi- tellectus.  
derare, meditarj, & videre: ideo-  
que intellectus dicitur, & est velut  
vivus & perspicax animæ oculus.  
Eius officiū, spirituales rerum quas  
intellexit species & imagines con-  
seruare, quò earum recordetur, atq;  
inde memoria intellectiva dicitur.  
Voluntatis autem benè constitutæ Actus vo-  
luntatis officium est bonum amare ac desi- fide-

332 FRANC. ARTAS CAP. VI  
derare, atque in eo gaudere, spe-  
re, & in Deo, quod obtinebitur  
num, quando difficile quidem fu-  
rit, quale est gratia & gloria, con-  
dere, atque animum ad id concep-  
re. Econtra malum culpæ fugere  
abominari, ob id dolere, ac tristis-  
quin & timere, suis diffidere vi-  
bus, & aduersus peccatum indigne-  
ri, fugere quoque poenæ ateram  
quod culpæ debetur, malum. His  
actus voluntatis: hinc eius esse offi-  
cium dicimus hisce operationes  
facere, quæ in ipsa merè spirituali  
sunt, ac sine villa corporis transmu-  
tatione ac motu fiunt, respondentes  
que alijs similibus actibus in appa-  
titu sensitivo consistentibus, quæ  
cum transmutatione corporali &  
sensibili peraguntur, ideoque pa-  
siones dicuntur. Hi sunt actus &  
operationes voluntatis & intellectus  
qui in oratione mentali, rerumq;  
diuinarum consideratione omnes  
exercentur: in hac enim percipit de  
considerat intellectus, & amarbo-  
num, & mteuit ac detestatur malum  
voluntas.

Adu-

Aduertendum autem, primarium quod in oratione spectatur exercitium, & præcipuum qui inde colligendus fructum, non esse intellectus operationes, quæ sunt, intelligere & cognoscere veritates, easque inquirere & considerare; sed voluntatis, quæ sunt amare eorum & odire malum, ac reliquos affectus sanctorum & virtutum actus, quos iam exposui-  
mus. Hinc quando hæc mysteria meditamus, ita dirigenda consideratio, actus voluntatis excitetur, & ad aliquem affectum bonum & voluntatis actum moueat, v. g. vilitatem homo suam & peccata euoluens, ita hanc considerationem dirigat, ut voluntas actu quodam contemptus suipius moueat, vt ab alijs contemni velit, quod id iustum, equum, & Dei sit voluntas. Atque hic humilitatis est actus. Perpendens autem, quæ peccatis debeantur supplicia, & quæ Christus propterea passus sit, haec considerationem dirigat, vt voluntas ad alias in hac vita molestias pro Christo patien-

Praxis exercendi  
actus voluntatis  
in oratione.  
Excitandi  
affectum  
Humilitatis.

334 FRANC. ARIAS CAP. VI.

patiendas excitetur, lætiturque  
**Patientię.** exultet in laboribus quos modo pa-  
titur: si sunt actus patientię Perpen-  
dens mala & damna peccati, haec  
considerationem ordinet, ad peccati  
plangenda, ob eadem dolendum,  
pro ijsdem satisfaciendum; atque hi

**Poeniten-** poenitentiae actus. Cogitans diuina  
beneficia ac bonitatem, ordinet haec  
considerationem, vt voluntas exci-  
tetur ad desiderandum efficaciter  
omnibus Dei voluntatem comple-  
re: & rebus omnibus mundi præfe-  
re: & ante quiduis potius & quo-  
cumque damnum & mortem perci-  
rendam, quam eam in aliquo infric-  
gere & transgredi. hi actus amori  
& obedientiae erga Deum. Cogitas  
verò Christi paupertatem, & quia  
paupertate voluntaria sita sunt be-  
na, desideret, vt aliqua in re sibi de-  
sint necessaria, gaudeatque ea quia in  
præsens premitur penuria. hi alio

**Charita-** tis.  
**Paupera-** Paupertatis spiritus. Considerans  
tis Spir- dolores & acerbissimos Christici  
tus. ciatus, voluntate abhorreat sensi-  
les & prauas delicias gustus, & tu-

ctus, & firmiter secum statuat & ef-  
ficaciter decernat similes delecta-  
tiones fugere & castigare, carnem-  
que asperitate macerare. hi actus  
sunt abstinentiae & castitatis. Idi-  
plum & in reliquis bonis considera-  
tionibus agendum, ita scilicet eas-  
dem dirigendo, ut bonum aliquem  
hinc effectum ac virtutis actum eli-  
ciat voluntas. Huiusc rei clara ad-  
modum est ratio: vita namque Chri-  
stianæ bonitas & sanctitas non in  
bonis conceptibus ac rerum sancta-  
rum cogitationibus, sed in solidis  
verisque virtutibus, & præsertim in D. Thom.  
illarum actibus & operationibus, 1.2.q.3  
quæ medulla virtutis sunt, consi-  
dit.

Abstinen-  
tia & Ca-  
titatis.

Ab hoc documento, quod maxi-  
mum momenti, ac velut radix est &  
profectus omnis spiritualis, quem  
ex sancto hoc exercitio elicere de-  
bemus, fundamentum, hæ sequun-  
tur conclusiones, quæ notandæ im-  
primis sunt, ut executioni manden-  
tur. Prima est: non sunt ad benè o-  
randum querendæ considerationes  
& con-

336 FRANC. ARIAS CAP. V

Non quærendæ  
considerationes  
subtiles; sed pia &  
inflam-mantes.

& conceptus acuti, ac subtile, ad intellectū duntaxat excitandū  
conducant; sed considerationes ac deuotæ, quibus exciteruntur  
flāmetur voluntas. Atq; hic est fi-

ctus qui quæritur. Secunda: ad vi-

aut multas horas in orationem

cēdas nō multis opus est punctis

cursibus, considerationibus, sed

illa consideratione, quæ ad volun-

tem mouendam excitandamque

ficiat. Proinde meditans ex

puncto celeriter ad aliud, & en-

sideratio- consideratione in aliam nō defor-

ni mouen dat oportet, verū vnum confi-

rando punctum, quod ex seadu-

nendum sit efficax, ad tempus in-

persistat, ruminans id, & atten-

quietè ponderas, donec ad aliquem

voluntas affectum, ut diximus,

citetur. Exempli causa: Dispon-

quis ad meditandum, quantus am-

& misericordia fuerit suprema

illam maiestatem, cum homine n-

nime opus haberet, carne se mori-

induisse, & nostras in se poenias,

nos ab ijsdem liberaret, gloriam u-

nus nobis &

tiscom

confide

donec l

quique

erga Do

ad illi se

tur. si a

du in a

num ha

erisen

ratas ha

get quo

donec

sanc*to* a

que sibi

rando,

Tert

medita

ga virtu

lor de

& con

molest

amor &

fection

& adm

scripsi

nobis

nobilis & participationem diuinitatis communicaret, suscepisse: in hac consideratione eatenus se detinet, donec hoc beneficiū admirans manifestetur; hic est enim faciens voluntas ad affectum erga Dominum qui id ipsum fecit, & ad illi seruandi desiderium excitetur. si autem, postquam aliquam diu in aliqua harum considerationum hæsit, voluntatem minimè moverisentiat, ad aliam ex iis quas patatas habet transeat, & idem hic agat quod ante, cum quiete exspectās, donec misericordia ipsum diuina sancto aliquo visitet affectu, petatque sibi eum cito dari, idque desiderando, ut diximus.

Tertia conclusio, quod quando meditans voluntatem pio aliquo erga virtutem affectu, quales sunt dolor de peccatis, sui ipsius despectus & contemptus, feruens pro Deo molestias patiendi desiderium, vel amor & gustus Dei, aut eiusdem perfectionum atque operum aestimatio & admiratio, & alijs ( quos ante descripsimus ) iam excitatam sentit,

P

vterius

Et tam ulterius ad alia puncta minime  
diu quam hæc affectus seat, sed in hoc tam diu se affectus flam-  
ma durat. orationis tempus impenderet. G-  
enim hic primarius sit orationis  
fructus, quoties hunc Deus off-  
arripiat, etsi à principio orationis  
ad finem usque. Si autem hic affectus  
desit, ad aliud transire punctum per-  
test, cum humilitate exspectatio  
sitationem Domini, si autem nulla  
voluntatem affectu moueri, sed non  
se orationis hora ab una in aliis  
considerationem deuolutum  
comperiat, non propterea se affec-  
tus aut turbetur, sed pacifice leg-  
itat, cum ita diuinam compleari  
luntatem, qui primarius est his  
quem spectare debemus, ut iam re-  
te declaratum est. Ita, inquit D. Bo-  
Relig. c. II. nauentura, amator orationis affec-  
tus sæpius ad illam recurrere, des-  
titus in eadem se detineat, nec ca-  
ræ uitate aut fastidio motus deserit,  
sed ad diuersos se mouere affectus  
conetur, & quando bonum aliquem  
affectum concepit, quamdiu iste

CAP. VII  
minimè  
se affectu  
et si totum  
nderet. C  
it oration  
Deus offe  
io oration  
n hic affect  
punctum p  
xpectatio  
autem m  
ueri, sed o  
yna in ali  
olutum e  
terea se a  
acifícē se  
ompleat  
rius est fin  
s, vti iam au  
nquit D. Bo  
ationis affl  
currere, di  
it, nec ex  
otus deser  
ere affect  
um aliquem  
amdiu is de  
ta.

DE ORAT. MENTALI. 339

rat, in eo se detineat, & ad singula bona auxilium diuinum imploret; si autem ut petit, minimè illi succedat, patienter sustineat, & exspectet. Vrante facilius & utilius voluntas hisce affectibus moueatur, eosque in se formet & concipiatur, opera danda, vt ex amore Dei eosdem exerceat, id est, ad illi placendum, & quoniam ita vult Deus. ver. Idque obibi causa, quando quis despici, con- Dei amo-  
temni, aut aliquam poenam subire neplaci-  
vult, aut de peccatis dolet, id desi- tum.  
deret, vt ita Deo satisfaciat; &  
quoniam id eius beneplacitum ac  
voluntas est. atque ita de reliquis.  
Hunc enim omnibus in rebus no-  
strum esse finem, par est, iuxta  
illud Pauli, *Omnia vestra  
in charitate  
fiant.*

I.Cor. 16.

P 2

CA-